Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



146.
134

meam: in veritate tua exaudi me in
tua iustitia Et non intres in iudicio
cum seruo tuo: quia non iustificabitur
in conspectu tuo omnis viuens Quia
persecutus est inimicus animam
meam: humiliauit in terra vitam
meam Collocauit me in obscuris
sicut mortuos seculi. Et anxiatus
est super me spiritus meus: in me
turbatum est cor meum Memor fui
dierum antiquorum. meditatus sum
in omnibus operibus tuis: in factis
manuum tuarum meditabor Ex
pandi manus meas ad te: anima
mea sicut terra sine aqua tibi Cela
citer exaudi me domine: defecit spiritus
meus Non auertas faciem tuam
a me: et similis ero descendentibus
in lacum Auditam fac mihi mane
misericordiam tuam: quia in te speraui